

**Zeitschrift:** Jahrbuch für Philosophie und spekulative Theologie  
**Band:** 15 (1901)

**Artikel:** Erasmiana : Beiträge zur Korrespondenz des Erasmus von Rotterdam mit Polen [Fortsetzung]  
**Autor:** Miaskowski, Casimir v.  
**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-761721>

#### Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

#### Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

#### Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 24.08.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

## ERASMIANA.

Beiträge zur Korrespondenz des Erasmus von Rotterdam  
mit Polen.

Teil II (der Text der Briefe).

(Vgl. Jahrbuch Bd. XIV, S. 105—124.)

Mitgeteilt von

Lic. CASIMIR v. MIASKOWSKI,  
Domvikar in Posen.

## I.

Basel, 24. Oktober 1523.

*Widmung zur Precatio dominica in septem portiones distributa per  
D. Erasmus Roterodamum.*

Des. Erasmus Roterodamus Iodoco Ludovico Vuissenburgensi  
sereniss. Poloniae regis a secretis et oratori S. D.<sup>1</sup>

Non abs re multis iam saeculis Mimo illi applauditur, vir  
absolutissime: Rogando cogit, qui rogat potentior. Verum is  
haud scio, an in quenquam magis competat, quam in te, qui tam  
eruditae epistolae<sup>2</sup> munus tam elegans addideris, idque sic e  
longinquo missum,<sup>3</sup> ut recusare non liceret, nisi voluisse abiicere.  
Quid autem non dicam a me, qui sum plus satis expugnabilis,  
sed a quantumvis etiam difficiili non extorqueat talis epistola,  
tot machinis ad expugnandum animum instructa, blandiciis petax,  
argumentis urgens, eruditione perstringens, eloquentia rapiens:  
sed nulla re violentior, quam mira quadam et amabili modestia,  
quae tantum apud me valet, ut non solum hanc rem et facilem  
et piam, verum etiam aliquid iniquius impetrare potuerit. Mox  
igitur ut tuae mihi redditae sunt litterae, redditae sunt autem  
serius, hoc est, sub Calendas Septembres accepto calamo  
prestiti, quod volebas. Erit hoc qualemcumque et nostrae amicitiae  
et meae erga Polonicam, aut si prisco vocabulo magis caperis,  
Sarmaticam gentem benevolentiae felix auspicium. Genti gratulor,  
quae quum olim ob barbariem male audierit, nunc et litteris,  
et legibus, et moribus, et religione, et si quid aliud est,  
quod a Barbariēi probro vindicet, sic floreat, ut cum praecipuis  
ac laudatissimis nationibus certare possit. Quanquam et olim,  
quum inter feros et barbaros censerentur Sarmatae, tamen a

morum censore Iuvenale integritatis nomine prelati sunt cultissimis Atheniensibus: Neque Sarmata, inquit, neque Thrax, qui sumpsit pennas, mediis sed natus Athenis. Ne commemorem interim ditionis amplitudinem, Russos etiam albos et Lituanos complectentis, quibus omnibus latissime imperat a Vistula flumine ad Tauricam Chersonesum, a mari Balthico ad Charpatum montem Sigismundus rex, quum omnibus magno principe dignis dotibus excellens, tum multis ac magnis ex hoste Tartaro Moscoque relatis victoriis clarus, quibus haud scio an ullaे magis fuerint necessariae tuendis Christianae ditionis limitibus. Verum haec alias fortasse tempestivius dicentur. Nunc accipe precationem dominicam in septem partes digestam, ut et tu iubebas et ab aliis factitatum vides, quamquam mihi duae postremae: Et ne nos inducas in temptationem, sed libera nos a malo: nihilo rectius videntur distractae, quam si quis ex proxima: Et remitte nobis debita nostra, sicut et nos remittimus debitoribus nostris: duas facere velit. Quod si tuae pietati parum erit septem diebus totam absoluere, potes, quod etiam a maioribus video factum, singulos dies in septem precandi tempora partiri. Bene vale. Basileae, nono Calend. Novemb. Ann. M. D. XXIII.<sup>4</sup>

<sup>1</sup> Über Justus Ludwig Decius vgl. Jahrbuch XV, S. 120 u. 121 (S. A. S. 28 u. 29). Über diese Widmung vgl. noch insbesondere Hirschberg, O życiu i pismach Decyusza S. 60 und Roemer, De J. L. Decii vita scriptisque. S. 27. Im J. 1533 erschien eine wahrscheinlich von dem Arzte Hieronymus Spiczynski besorgte polnische Ausgabe der Precatio, über welche vgl. Hirschberg, l. c. und Streicher, Bibliografia polska. Cręśc III. Tom V (der ganzen Folge B. XVI). Kraków 1898. S. 89. (Als Unikat in der Krakauer Univ.-Bibliothek erhalten.) Unrichtig ist, wenn Hirschberg schreibt, die „Precatio“ wäre zum erstenmal i. J. 1524 in der Sammlung kleinerer Schriften des Erasmus „Insignia aliquot et vere pia opuscula“ etc. erschienen. Als älteste Ausgabe kann wohl eine Ausgabe Frobens s. l. et a. gelten, in welcher unter dem Signet sich die Worte finden: Opus recens ac modo natum et mox excusum. Aber auch andere Ausgaben dieser beliebten Erklärung des Vaterunser erschienen im J. 1523 (vgl. Bibliotheca Erasmiana I. S. 157 und 158). Im J. 1524 erschien bereits eine deutsche und englische, zwei Jahre später eine böhmische Übersetzung. In der lateinischen Krakauer Ausgabe der „Precatio“ vom Jahre 1525 (m. Junio, Vietor) findet sich auf den zwei letzten Blättern eine Oratio dominica in versus adstricta Casparo Ursino Velio authore und Precatio ad Deum Patrem Nobilis Georgii Logi Silesii (gemeint ist der schlesische Dichter George von Logau), sowie Christianae Religionis sanctiones seu symbolum apostolicum. Wir drucken hier diese Widmung

ab als ältestes schriftliches Zeugnis der Beziehungen des Erasmus zu Polen, welches zugleich seine Sympathieen für das Land, dessen topographische Verhältnisse er so genau kennt, wie für dessen Herrscher in beredter Weise zum Ausdruck bringt. <sup>2</sup> Von Italien, wahrscheinlich von Neapel aus, wo Decius im J. 1523 weilte. Von hier aus schickte er auch an Wilhelm Weidolt in Nürnberg im J. 1523 die Beschreibung eines Ungewitters (Ausbruch des Vesuvs?), welches in Nürnberg mit vielen fehlerhaften Änderungen gedruckt wurde. Hirschberg l. c. S. 72. (S. 30 bei Hirschberg ist ungenau, danach wäre Decius erst im Jahre 1524 in Italien.) Der Aufenthalt des Decius in Neapel in diesem Jahre ist auch sonst bezeugt durch Dr. Johann Eck, den bekannten Gegner Luthers, der in der Widmung seiner Schrift „de sacrificio Missae“ von seinem Zusammentreffen mit Decius (Neapolim petituro) in Rom erzählt. Vgl. Roemer, l. c. S. 13, der indessen (S. 27) ohne Anhalt den hier erwähnten Brief des Decius an Erasmus aus Rom abgesandt sein lässt. <sup>3</sup> Vielleicht war es ein Becher, der auf dem Deckel ein Rebmesser, das Wappen des Decius, eingraviert trug. Im „Mobilier des Erasmus“ (Verzeichnis vom 10. April 1534, herausgeg. von Sieber, Basel 1889) wird ein solcher als Geschenk des Decius erwähnt: Poculum cum operculo in summo habens insigne falcis. Donum Iusti Decii. Vgl. Kopera, l. c. S. 8 [117]. <sup>4</sup> Über die Precatio schreibt E. an Pirkheimer (Opp. omn. III, col. 744): Iodocus, Orator Regis Poloniae, nondum accepit Precationem Dominicam, quam opinor isthic iam exstare. Der Brief trägt das Datum des 9. Januar 1523, offenbar falsch statt 1524, wie aus dem Datum der Widmung zu ersehen ist. Auch wird in dem Briefe Papst Adrian VI. († 14. September 1523) bereits als tot erwähnt.

## II.

Basel, 20. Juni 1525.

Nach Burigny, Vie d’Erasme. II, 442,  
mit Berücksichtigung des Textes  
im Warschauer Przegląd Katolicki  
vom 10. Juli 1897. S. 460.

*Vereinbarung betreff's des Verkaufs der Bibliothek des Erasmus  
an Johannes Laski.*

Erasmus Roterodamus bibliothecam meam universam vendidi clarissimo Poloniae Baroni Ioanni a Lasco trecentis coronatis aureis hac lege, ut quoad vixero, usus librorum<sup>1</sup> ex amicitiae iure sit illi mecum communis, proprietas tota penes illum sit perpetua: quod ius transbit etiam in illius haeredes, si, quod Deus avertat,<sup>2</sup> contingat illum<sup>3</sup> prius ex humanis decedere.<sup>4</sup> Interim indicem librorum velut arrabonem<sup>5</sup> traditionis habet. Quidquid interim accreverit,<sup>6</sup> et hoc illius erit, nisi si quos codices manuscriptos<sup>7</sup> magno<sup>8</sup> contigerit emere. In his ex utriusque consensu

fiet moderatio novi contractus, dumtaxat quod attinebit ad illam accessionem. In cuius rei fidem<sup>9</sup> dictus Erasmus hoc chirographum<sup>10</sup> mea manu descripsi affixo peculiari annuli mei signo Termino<sup>11</sup> anno 1525 duodecimo Cal. Iulias.

*Dimidium pretii numeratum est Basileae 1525, alterum pretii dimidium postridie D. Martini anno 1536 persolutum est. Bonifacius Amerbachius, nuncupatus incomparabilis D. Erasmi Roterodami haeres, mea manu attestor.*

Et ego Ioannes a Lasko praedictus (Bur: praedicta) manus mea subscriptione fateor esse verum.

<sup>1</sup> Przegląd Katolicki (P.): illius statt librorum. <sup>2</sup> fehlt in P.  
<sup>3</sup> P.: illum contingat. <sup>4</sup> P.: discedere. <sup>5</sup> P.: arrham. <sup>6</sup> ulterius.  
<sup>7</sup> manu descriptos. <sup>8</sup> magno pretio. <sup>9</sup> In cuius fidei (?!). <sup>10</sup> syngraphum. <sup>11</sup> Termino fehlt in P. Anstatt des folgenden hat P. nur: A. D. 1525. Darunter steht in der Kopie: Et ego Ioannes a Lasco praedictus manus meae subscriptione fateor esse verum. Der im Przegląd gebotene Text einer Abschrift aus dem XVI. Jahrhundert verdient eine gewisse Beachtung. Nach dem Wortlaut des Schlusspassus in dem Burignyschen Text ließe sich folgern, dass Laski die fehlende Hälfte der Kaufsumme zu St. Martin 1536 selbst bezahlt und dies durch seine Unterschrift bezeugt habe. Unverständlich bliebe dann die Wendung „praedicta manus meae subscriptione“, denn in der Urkunde findet sich keine zweimalige Unterschrift von ihm, deshalb gestattet der Zusammenhang selbst nur „praedictus“ zu lesen, wie der Text des Przegląd liest. Andererseits wissen wir, dass Laski am 12. November 1536 den Rest der Summe nicht selbst erlegte, sondern „durch sinen diener Andream Fricium“, den bekannten Frycz Modrzewski (Notariatsinstrument über die Testamentsvollstreckung vom 18. Januar 1538. Cod. C. VII. 19. fol. 47vo der Baseler Universitätsbibliothek — wir geben den bisher ungedruckten Passus im folgenden in extenso). Die Fassung des Textes von Burigny lässt sich nur so erklären, dass im Original zwischen dem Siegel des Erasmus und der (im Juni 1525 niedergeschriebenen) Bestätigung Laskis: „Et ego Ioannes a Lasco praedictus manus meae subscriptione fateor esse verum“, so viel freier Raum geblieben war, dass Amerbach nach dem Tode des Erasmus im November 1536 die Bemerkung einschalten konnte: Alterum pretii dimidium postridie D. Martini anno 1536 persolutum est etc. Der Text Burignys, der ja die Originalurkunde vom Kardinal Passionei erhalten haben will (Vie d'Erásme II, 422), ist sonst voller und besser (z. B. die ältere Form arrabo statt arrha, die genaue Datierung), als der im Przegląd abgedruckte, welcher nach einer Abschrift der im Besitz Laskis befindlichen Kontraktsurkunde (in welcher sich natürlich der Zusatz Amerbachs nicht fand) gefertigt worden sein möchte. Sicher ist jedenfalls,

dass die auf den Text Burignys gestützte Annahme Daltons (*Lasciana* S. 20), als wäre Laski im November 1536 in Deutschland und Basel gewesen, hinfällig wird. Wir zweifelten schon früher daran, noch ehe uns die Notiz aus dem Baseler Notariatsdokument zuging, auf Grund des Schreibens des Froben und Episcopius an Laski vom 26. Dezember 1536 (Erasmi opp. omn. III., col. 1775), worin diese für eine Spende von 100 Gulden danken, welche Laski für eine Gesamtausgabe der Werke des Erasmus bestimmt. Das Verzeichnis der an Laski gesandten Bücher (expediert wurden sie zu Weihnachten 1536 in drei Fässern) ist noch vorhanden, ebenso die Empfangsanzeige Laskis für die Büchersendung (d. d. Krakau, 5. April 1537 — Baseler Univ.-Bibl. Cod. C. VII. 19. fol. 95). Letztere bringen wir in folgendem zum Abdruck. Wir verdanken sie der überaus großen Güte des Herrn Oberbibliothekars Prof. Dr. C. Ch. Bernouilli in Basel. Näheres über den Bibliothekankauf s. *Erasmiana*, Jahrbuch XIV, S. 336—338 (S.-A. S. 8—10).

### III.

Krakau, 20. Dezember 1525.      Bibliothek in Kurnik, Cod. 243,  
                                                  fol. 109. Abgedruckt in *Acta  
Tomiciana* VII, 343—345.

#### Andreas Krzycki an Erasmus.<sup>1</sup>

Accepi litteras tuas, Erasme doctissime, accepi et librum, quem una misisti, Rdi. patris dni Gutberti Tonstalli, epi. Londinensis,<sup>2</sup> utrumque munus multis nominibus gratissimum: atque hoc imprimis, quod nescio, quo meo genio me etiamnum sacris addictum poliores istae litterae adeo delectent, ut prorsus avelli nequeam, ut penitus facere non possim, quin et a sacris litteris et a negotiis, quibus assidue distringor, snffurer<sup>3</sup> semper aliquid temporis, quod illis impertiam, et proinde horum studiorum et priscae illius cultioris theologiae aevo nostro principem et assertorem meum Erasmus non potui iam pridem, quantumlibet mihi de facie ignotum, non impense amare et suspicere. Norunt hic omnes litterarum professores, quanti fecerim semper tuas perdoctas et cultissimas lucubrationes, dicas utlibet batavas, certe eiusmodi sunt, ut cum omnibus priscis, sive graeci sint sive latini, certare possint, idque teste non uno<sup>4</sup> Cricio, sed orbe. Quidquid usquam emersit tui, mox habendum mihi, mox a Musulis meis Scyticis illis quidem commendandum et formis apud nos excudendum erat. Hunc meum perpetuum in te amorem et studium non erat hactenus ea occasio tibi declarandi, quae me hominem minime ambitiosum vindicaret vel a tua vel aliorum suspicione ambitus memoriae tuarum lucubrationum: quod unum curare plerosque

video<sup>5</sup> etiam immerito, quamquam et hoc felicissimum videri potest vel falso laudari ab Erasmo. Verum cum ipse hanc ansam mihi ultro praebueris, cum hunc hominem amare animum in tuum induxeris, qui dudum vel solius noticiae, nedum amoris tui erat cupientissimus, cogita, quantae mihi voluptati, quanto solatio tuae fuerint litterae.

De libro quid multa loquar? Nihil magis apposite magisque ex re mea mitti a te potuit; stultus ego putans calculos et ratiocinaria ad mercatores magis<sup>6</sup> quam ad episcopos pertinere, omitto hactenus, quod dicere ausim, tam officialium quam etiam dispensatorum meorum rationem unquam exegi, oblitus interim, quid nos vel summus ille magister noster Christus docere videatur, dum illos heros, illos patres familias cum servis et villicis suis rationem ponentes nobis depingat; cui meae tantae socordiae frigidam, ut dicitur, aspersisti, dum et tu, vir tantus, et illius alterius viri tanti talem librum misisti, quorum alteruter nedum calculos tractare, verum et in medio foro saltare mihi facile persuaderi posset. His igitur tantis auctoribus accingor ad novum<sup>7</sup> in hac parte vitae meae institutum, praesertim cum ea adhuc sit aetas, in qua vel discere vel animum aut vitae tenorem mutare non perinde turpe nec difficile videatur, quamvis verear, ne curae et occupationes aulicae non calculos modo, sed et alia omnia studia mea mihi intercipiant, quibus solis miserum me natus esse videor, ita tentanti mihi saepe me ex undis istis eripere et memet mihi et literulis meis asserere, quo magis ad portum appulisse videbar, hoc magis ventus nescio quis in altum me repellebat. Iactor igitur, mi Erasme, si quid de me scire optas, ut agitor in hoc pelago miser non equidem fumis hisce honorum, quibus alii capiuntur, illectus, sed partim propinquorum voluntate, partim benignitate in me principis mei, quam vel hinc abunde metiri potes, quod et episcopatum mihi nihil minus cogitanti contulit et nugas nostras litterarias, quaecunque illi offeruntur, in peculiaribus suis scriniolis secum ferat et asservet, hac una sorte vel ipsi divino Homero culex ego comparandus.

Redeo nunc ad tuas litteras. Scribis Mgcum. Hieroslaum a Lasco libellum quendam meum adversus Luteranos<sup>8</sup> tibi obtulisse, factum id quidem ab eo nostra mutua benevolentia et forte gratia declarandae religionis nostrae illibatae. Verum mihi displicet sane eas nenias ad te, virum tantum, perlatas, quae me<sup>9</sup> quodammodo invito mihi exciderunt. Nosti enim, mi Erasme, quam hoc saeculo nullus angulus suis censoribus et vitilitigatoribus non abundet, quantumque istius modi, sive crabrones sint, sive etiam scarabei exhibere soleant negotii bonis viris, etiam summatibus.

Eorum morsus clandestinos neque ego vitare potui, quod et tua semper omnia et Luteri nonnulla, quae initio recte monuisse videbatur, interdum tueri solebam. Nec defuerunt sycophantae, qui et apud Summum Pontificem quaedam<sup>10</sup> comminiscerentur. Moverat praeterea stomachum Luteranae linguae impuritas, qua et sacra omnia et nos singulatim episcopos adeo foede et impudenter incessivit,<sup>11</sup> ut talia probra ne scurra quidem levissimus cogitare nedum iactare absque crimine et rubore posset. Unde facile coniicies, qualis esset fons iste, ex quo tanta insaniarum et probrorum flumina manarent, edideram tum illud libelle, quidquid erat, partim dolore motus partim vero, ut illis censoribus meis os obstruerem, idque pro velutum duntaxat acie instruens interim phalangem ex cataphractis quam possem, si quid ille referire conatus esset. Verum cum nec post alteram ipsius libelli Romae impressionem ille mutiverit quidquam, perindignum forte putans sua gravitate et modestia, ego etiam milites meos in castra reduxi, satius existimans cum ingenii non conflictari eiusmodi, quae non nisi ex furiis et maledictis constant, quibus vinci, quam vincere semper honestius esse<sup>12</sup> duxi.

Quid alterum illud fuerit epistolae, qua res gesta ut ars describitur, prorsus nescio, nisi forte tragedia nostra pruthenica<sup>13</sup> sit eo usque perlata et haec ipsa epistola, familiariter a me ad amicum scripta, vulgata est e vestigio per Illum. dnum. Christophorum a Schydlowiecz, palatinum, regni huius cancellarium, utriusque nostrum amantissimum me modis omnibus reclamante. Haec omnia, mi Erasme, indigna quidem sunt, ex quibus tantum mihi Musarum et Rhetorices tribuas; utcunque sunt, gaudeo plurimum eam ansam utrius nostrum praebitam amicitiae et benevolentiae inter nos coëundae, quam ut mutuo amore et officiis alamus roboremusque, te etiam atque etiam rogo.

Mi Erasme, iam et nos, ut videmur longinqui Sarmatae, non ignoramus, quae intemperiae teneant istam Germaniam vestram. Dii immortales, itane perpetuo comparatum est, ut in se summa ruant? Quot iam regna et imperia, cum ad summum pervenerunt, corruerunt! Id quis Germaniae accidere liquido non videt, quae cum militari disciplina, tum urbibus, arcibus<sup>14</sup> mercimoniis ac deinde ingenii et litteris omnes reliquas nationes iam plane superare nec immerito creditur? Hem tibi ex improviso tempestas,<sup>15</sup> quae omnia in naufragium sic agit, ut ne in sacra quidem anchora quidquam spei relictum videatur, idque tam foede et indigne, ut citra lacrimas commemorari non possit. Nimirum hoc faciunt coelestia numina laesa, cum quibus pugnare quam<sup>16</sup> temerarium sit, satis nos vel fabellae poetarum nedum historicorum fides

admonet. In ea Babylone confusissima et tanta errorum malorumque Lerna te agere, mi Erasme, decus aevi nostri et magnum litterarum columen, videtur iuxta miserum et indignum. Nam quid tu istic facias, ubi, si quid recte mones, nemo obtemperat. Quare subduc te, rogo, quam primum his turbis teque his, precor, eripe flammis, eo magis ex re tua et litterarum feceris, quod, ut ad nos quam primum [non]<sup>17</sup> commigres, non video. Habemus regionem ex germana quidem et sarmatica constantem, sed quam libenter inhabitant etiam hi, qui suas piae ceteris felices et fortunatas esse iactant, habemus principem, de cuius virtute, prudentia, benignitate, religione et rebus gestis dici satis non potest, habemus senatum sapientissimum, habemus satrapes non minus litterarum, quam armorum cultores, habemus ingenia non vulgaria, habemus et nobile Musaeon, habituri etiam Frobenios,<sup>18</sup> si aderit Erasmus. De vocatione et conditione te digna ad me recipio: annue duntaxat et iube, quid fieri a nobis velis. Nolo, dicas te senem et invalidum; ea est aurae nostrae salubritas, ut per eam vel revivescere te posse existimes, ea potius quidem probata virtus, ut eius usu brevi calculo tuo opponere possis. Tu igitur quid facturus sis, tempori<sup>19</sup> cogita et nos quam primum certiores reddas. Mi Erasme, vale optime et tuum ex animo Cricium mutuo dilige. Cracoviae XXa Decembris.<sup>20</sup>

<sup>1</sup> Über Krzycki und sein Verhältnis zu Erasmus s. Jahrbuch XIV, S. 339—340 (S.-A. S. 11—12). <sup>2</sup> Gemeint ist Cuthbert Tonstalls Schrift „De arte supputandi libri IV. Londini 1522“, welche Erasmus Krzycki gesandt hatte. <sup>3</sup> Die letzten sieben Worte fehlen im gedruckten Text.

<sup>4</sup> In den Acta Tomiciana (A. T.) solum. <sup>5</sup> A. T.: vides. <sup>6</sup> A. T.: potius. <sup>7</sup> A. T.: meum. <sup>8</sup> Es ist die Schrift: Encomia Lutheri ὡς ἐξ τοῖποδος, Andreae Cricii episcopi premisl. in Lutherum oratio etc. Vgl. darüber Morawski, Carmina Cricii, S. 99, Anm. 1 und Bukowski, Dzieje reformacyji w Polsce. Kraków 1883. B. I. S. 533—535. <sup>9</sup> Fehlt in A. T. <sup>10</sup> Fehlt in A. T. <sup>11</sup> A. T.: incessit. <sup>12</sup> Fehlt in A. T.

<sup>13</sup> Andreae Cricii ad Ioannem Antonium Pulleonem, Baronem Burgi, Nuncium apostolicum in Ungaria, de negotio pruthenico epistola. Crac. Vietor, 1525. Diesen Brief gab auf Geheis des Reichskanzlers Szydłowiecki der Schlesier Matthias Pyrser heraus. (Auch abgedruckt in den Acta Tomiciana VII, 249—256.) Krzycki verteidigt darin die Herzog Albrecht von Preussen gegenüber beobachtete Politik des Königs Sigismund. <sup>14</sup> Fehlt in A. T. <sup>15</sup> In A. T.: Ex improviso oritur tempestas. <sup>16</sup> In A. T.: certare quoniam. <sup>17</sup> Fehlt im Mscr. und A. T., ist aber wohl zu ergänzen. A. T. liest quamquam, statt quod, wie im Mscr. <sup>18</sup> Johann und Hieronymus Froben, die bekannten Buchdrucker in Basel, bei welchen

so viele Schriften des Erasmus erschienen. <sup>19</sup> In A. T. umgestellt.  
<sup>20</sup> Im Mscr. ist das Datum in neuerer Zeit mit Bleistift hinzugefügt. — Vorliegendes Schreiben ist die Antwort auf den Brief des Erasmus vom 5. Oktober 1525. Opp. omn. III, col. 897 und Acta Tomiciana VII, 342. (Hier mit dem Datum des 3. Oktober.) Herr Dr. Celichowski in Kurnik hatte die Güte, den Text der A. T. mit dem Mscr. zu kollationieren.

## IV.

Krakau, 21. Januar 1526.

Breslauer Rhedigerana. Cod. 254  
 Nr. 12. Abgedruckt in Törté-  
 nelmi Tár. Jahrg. 1885. S. 349  
 —351.

Johaunes Antoninus an Erasmus.<sup>1</sup>

Quod hactenus ne verbum quidem scriberem ad Tuam Amplitudinem, mi pater, in causa erant res nostrae, quae varie habebant, quemadmodum declarabunt mox secuturae litterae, graves illae futurae et ad persuadendum penitus instructae. Hoc enim tempore non potui praeter summam summarum, quod vocant illi, ad T. A. scribere aliud quidquam sero nimis de huius tabellionis abitu factus certior. Plutarchi libellum de non irascendo<sup>2</sup> tertio nonas Decembris primum vidimus Cracoviae, tam solent optima quaeque omnia manibus perteri prius, quam ad nos perveniant. Hunc primo quoque tempore misi Magnifico D. Alexio<sup>3</sup> tam auro quam argento nimis perpolitum. Dici non potest, quam placeat liber hic, immo ille Erasmi animus, viro huic, qui T. A. adornat magnifica dona, verum illa Amplitudini Tuae ante proximum mercatum Franckfordensem mitti nequaquam possunt. Reposuit apud me Clarissimus Io. Henckell,<sup>4</sup> Sacrae Reginalis Maiestatis Ungariae a sacris contionibus, munus quoddam cum litteris Tuae Amplitudini mittendum. Non audebam litteras a munere seiungere, et hic tabellio nolebat muneribus occupari, proximum erat vel haec tamdiu tenere, quamdiu mercatores nostrates Franckfordiam proficiscerentur. Non vidi ego in Ungaria hominem apud Reginam, Regem ceterosque optimates regni hoc uno magis gratiosum neque vidi, qui in concionibus, domi, foris, per omnem occasionem purius Erasmus illum Magnum admiraretur. Nullus est liber Erasmicus, qui in huius bibliotheca non habeat principem locum, neque gravatur, si decies eadem in lucem dentur, coëmtere. Quidquid praedicat inculcatque populo, totum hoc spirat Erasmi paraphrasim. Habuit Ungaria multos, ita audio, sycophantas qui venenum Romae haustum nisi sunt apud Ungaros evomere ad omnem honestam Erasmi recordationem, illos vir iste unicus

ita compescuit, ut ne hiscere quidem audeant amplius. Non potest Tua Amplitudo illum de Concionando librum ulli mortalium rectius dedicare,<sup>5</sup> vel quod tuo nomini tam unice studet, vel quod nolit unas ad se Erasmi litteras, sic dicebat ille in multa clarissimorum virorum frequentia, beneficio quantumvis pingui ac assiduo commutare. Si unicae litterae ab Erasmo ad illum tanti fiunt, quanti habebuntur non iam unicae, sed ingens volumen? Ausim promittere illum nemini episcopo, abbati cessurum esse, si, quod somnio, contingret. Non habet hic vir benignitatis aliquem modum, omnibus etiam mediocriter doctis suppeditat, quantum omnes possunt mirari. Neque vero Reginae est solum concionator, est etiam Parochus Cassoviensis, Archidiaconus Tornacensis, potuisset iam antea esse episcopus, si voluisset homo minime ambitiosus, doctus ad multorum invidiam usque. Sed haec alias. Magnificus Palatinus Cracoviensis, D. Christophorus,<sup>6</sup> et coram et per litteras me rogavit, velim illum T. A. commendare, qui quidem tibi aurea et pretiosissima dona socii mei manu elaborata ad succedentem hunc mercatum Franckfordensem missurus est. Idem me rogavit Rmus Praesul Andreas Critius, cuius eruditio nem ex hoc suo libello<sup>7</sup> perspicere potest T. A., qui etsi culpet quaedam Sarmatica, non tamen ita culpat, ut praesentia sint, immo medicorum more monstrat remedia, quibus, si pullulare velint mala, arceantur. Haec propterea addo, ne ex hoc libello colligas quaedam asperiora, quibus commode possis te de adventu ad nos excusare. Atque utinam possent T. A. persuadere Critii nostri litterae, ut triumpharet Antoninus. Tamen ut non venias, est aliquid a Christianissimo Rege invitari tot ac tantis pollicitationibus. Iustus Decius, Secretarius Sacrae Regiae Maiestatis, nuper (o miseriaram conditionem mortalium) equo insidens paulum citatiore os brachii, quod adiutorium vocant, fregit in cursu, qui ne nihil scriberet ad T. A. suapte manu, scripsit altera manu haec paucula, tenente chartam uxorecula eius. Cupit hic quoque T. A. commendari; quoniam T. A. mirifice amat, dignus esse debet tuis commendacionibus. Habent certe, mi pater, heroes isti magnum campum suarum commendationum, sed quod angustum sit mihi tempus, non possum, quemadmodum cuperem, praestare quod illis in manus recepi meliori compendio. Propone tibi interim omnes omnium potissimas commendationes undecumque ad T. A. prescriptas esse. Huiusmodi commendationibus sunt dignissimi: Illustris Palatinus ob istam immortalem Linguam tuus erit perpetuo, Rmus Praesul Critius, his litteris, hoc libro Arithmeticō,<sup>8</sup> ad tuum amorem provocatus T. A. pro animi tui sentencia, ubi velis, quando et quoties velis, libenter subscribet. Iustus mecum

illius magni Erasmi imperium rogat, qui ita nos a T. A. certo amari nobis persuasimus, si frequenter nobis imperabis, qui nobis cuiusvis numinis es loco. Te suspicimus, veneramur, celebramus, eiusmodi animo in te sumus, ut nulli tuorum sit unquam concessurus. Cracoviae Lutherus pessime audit. Bene valeat T. A., quam Opt. Max. Iesus incolumem tueatur. Cracoviae male affectis oculis et lippientibus, fériis D. Agnetis 1526.

E. A. T.

deditissimus  
Antoninus medicus,  
filius.

Rogo intelligat Palatinus, Critius ac Iustus me voluntatibus illorum satisfecisse, ne dicant postea mihi quod audire nolle. Paravi ego quoque munus Tuae Amplitudini, ut vereor tamen, ne sit tam pretiosum, quam est merita tua benignitas, quae me non dignata est denuo commendare posteris. Mittetur hoc T. A. cum reliquis ad Quadragesimam. Salutat Amplitudinem Tuam uxorcula mea. Ego vero saluto Clariss. D. Ludovicum Berum, D. Amerbachium Bonifacium, D. Frobenios cum Domina, D. Glareanum, Sichardum, Levinum<sup>9</sup> diligenter.

Adresse: Magno huius seculi ornamento clarissimo domino Erasmo Roterodamo, omnium bonarum literarum vindici incomparabili, domino [et pa]trono observandissimo.

<sup>1</sup> Über Antoninus vgl. Erasmiana im Jahrbuch XV, S. 117—120 (Sonderabdruck S. 24—28). Betreffs des Todesjahrs ist dort zu berichten, daß Antoninus bereits im J. 1564 nicht mehr unter den Lebenden weilte. Vgl. Wierzbowski, l. c. I, 57. Der Arzt Schneeberger, der Schwiegersohn des Antoninus, widmet in diesem Jahre seine Schrift „De bona militum valetudine conservanda“ König Sigismund August und beschließt die Widmungszeilen mit der Angabe: Cracoviae ex S. M. tuę olim (nicht dim [?!], wie bei Wierzbowski) medici Ioannis Antonini pie memorię socii mei aedibus mensis Martii die 22. Anno 1564. Im Mai 1562 lebte er noch. Vgl. Ossolinski, l. c. II, 262. Ich hatte oben Antoninus den Schwager Schneebergers genannt, der im Vorwort der „Książki o zachowaniu zdrowia człowieczego“ den Übersetzer dieser Schrift Jan Antoninus Schwager und leiblichen Bruder seiner verstorbenen Frau nennt. Indessen ist der Übersetzer der „Książki“ nicht unser Antoninus, der Freund des Erasmus, sondern jedenfalls sein gleichnamiger Sohn, von welchem in der erwähnten Widmung nur allgemein bemerkt wird, daß er sich seinem Vaterlande möglichst dienstbar zu erweisen bemühe. Dieses verwandtschaftliche Verhältnis wird um so klarer, wenn man bedenkt, daß Schneeberger erst 1530 geboren wurde. <sup>2</sup> Plutarchi libellus

de non irascendo. Eiusdem de curiositate. D. Erasmo Roter. interprete. Basileae Io. Frobenius. 1525 m. martio 8<sup>o</sup>. <sup>3</sup> Gemeint ist Alexius Thurzo, welchem diese Schrift Plutarchs zugeeignet ist. Er war Reichsschatzmeister unter den Königen Wladislaus und Ludwig, später unter König Ferdinand I. Premierminister, Statthalter in Ungarn, Bruder der Bischöfe Johann (von Breslau) und Stanislaus (von Olmütz), welche beide mit Erasmus in brieflichem Verkehr standen. Vgl. über ihn Bauch, Kaspar Ursinus Velius. Ungarische Revue von 1887. S. 207. Lepszy, Turzonowie w Polsze. (S.-A. aus dem Przeglqd Polski.) Kraków 1890. S. 16. <sup>4</sup> S. über ihn Bauch, Dr. Johann Henckell, der Hofprediger der Königin Maria von Ungarn. (S.-A. aus der Ungarischen Revue.) Budapest 1884. Zur Stelle S. 7 ff. Einige Nachträge dazu lieferte Bauch in der Zeitschrift für Gesch. und Altertum Schlesiens, B. XXXIV (1900), S. 382—384. <sup>5</sup> Der treffliche „Ecclesiastes sive de ratione concionandi“ erschien, lange vorbereitet, erst im J. 1535 in Basel. Gewidmet ist diese berühmte Unterweisung für Prediger dem Bischof von Augsburg Christoph Stadion. <sup>6</sup> Christoph Szydlowiecki, Reichskanzler und Palatin von Krakau. Vgl. Jahrbuch XIV, S. 338 (S.-A. S. 10). <sup>7</sup> Gemeint ist wohl das im J. 1522 in Krakau gedruckte Poem „Religionis et reipublicae querimonia“. (Abgedruckt bei Morawski, Carmina Cricii, S. 89—98.) Über die späteren Schriften Krzyckis, welche er Erasmus übersandte (Encomia Lutheri [1524], Ad Pulleonem de negotio Pruthenico epistola [1525], De afflictione Ecclesiae [1527], De ratione et sacrificio Missae [1529], vgl. oben S. 202, Anm. 3 u. 4, und Kopera, l. c. S. 4, Anm. 6. Es vermittelten hierbei Jaroslaw und Johann Laski, Antoninus und Martin Dombrowski. <sup>8</sup> Ge-meint ist Cuthbert Tonstalls „De arte supputandi libri IV. Londini 1522“, welche Erasmus Krzycki gesandt hatte. Vgl. oben S. 199. <sup>9</sup> Alles bekannte Persönlichkeiten aus dem Freundeskreise des Erasmus. Neben dem Baseler Theologen und Kanonikus Ludwig Bär der grofse Rechtsgelehrte Amerbach, der in so herzlichen Beziehungen zu Erasmus stand, wie die bekannte Buchdruckerfamilie der Froben. Heinrich Glarean (eigentl. Loriti), eng mit Erasmus besonders auch in religiöser Beziehung verbunden, ist damals Professor der Philosophie in Basel, ausgezeichnet als Kommentator zahlreicher Klassiker; Johann Sichard lehrte in diesen Jahren ebendort Rhetorik, gab sich jedoch später juristischen Studien hin und wurde Professor der Rechte in Tübingen. Der wenig bekannte Levinus (eigtl. Algoet) ist ein Amanuensis des Erasmus.

## V.

Basel, 28. April 1526.

*Widmung zu Galeni Medicorum principis exhortatio ad bonas artes, prae-*  
*sentim medicinam, de optimo docendi genere et qualem oporteat*  
*esse medicum. D. Eras. Roter. interprete.<sup>1</sup>*

Ornatissimo Ioanni Antonino Cassoviensi, medico, Erasmus  
 Roterodamus S. D.

Ornatissimi viri Ioannis Henckelii litteris<sup>2</sup> ut mihi tui redi-  
 tus adempta spes est, Antonine charissime, ita non mediocriter  
 mitigatum est absentis amici desiderium, posteaquam intelligo,  
 te summis magnatum favoribus ac praemiis amplissimis apud  
 tuos alligari, praeterea ductam uxorem puellam non minus sanc-  
 tissimis moribus, quam forma praestantem, quae te non sinit avo-  
 lare tenetque grata compede vinctum. Reliquum est, ut hoc, quo  
 licet, modo mutuas inter nos fabulas misceamus. Prodiit totus  
 Galenus sua lingua nobis loquens, cuius primitias ad te mitto,  
 inflammatis ad rei medicae studium iuvenum animis versus: et  
 quidem maiore negocio, quam credas. Causam non eloquar, verum  
 ipse, si non gravaberis nostra cum Graecis conferre, statim in-  
 telliges minorem fuisse laboris portionem vertere. Margaritum  
 tuum haudquaquam patietur mihi excidere amabilem istum nivei  
 pectoris tui candorem. Neque me fallitur, quid *αἰνίττεται* concion-  
 atoris Sebastianus<sup>3</sup> videlicet Erasmus maledicorum iaculis ex-  
 positum. Reddita sunt et a clarissimo Christophoro, palatino Cra-  
 coviensi, *ἀπερείσια δῶρα*,<sup>4</sup> qualia ne rei quidem indecorum fuit  
 vel dare vel accipere. Rescribam singulis, nisi quod hic libellus  
 in publicum emissus aliqua fortassis occasione celerius istuc per-  
 veniat, quam epistolae. Bene vale, mi Antonine, cum suavissima  
 coniuge, cui precor, ut tecum contingat feliciter consenescere.  
 Basileae, quarto Calend. Maias. Anno 1526.

<sup>1</sup> Die älteste Ausgabe erschien bei Froben im Mai 1526. Über andere Ausgaben s. Bibliotheca Erasmiana. Séconde Série. S. 26 u. 27.

<sup>2</sup> Dieser Brief Henckels ist nicht bekannt. <sup>3</sup> Mit concionator ist jedenfalls Henckell gemeint, und Sebastian mag sein Briefbote gewesen sein; *αἰνίττομαι* = dunkel andeuten. <sup>4</sup> Vgl. oben im Briefe des Antoninus S. 204 und Opp. omn. III, col. 954. Es waren eine goldene Uhr, ein goldener Löffel und ebensolche Gabel gefertigt von Hannes Zimmermann, dem Schwiegervater des Antoninus. Die goldene Uhr vermachte Erasmus dem Theologen Ludwig Bär, die beiden andern Gegenstände erhielt Beatus Rhenanus. Vgl. das Testament des Erasmus vom 20. Februar 1536 bei Kan, Erasmiana. Erasmiani Gymnasii Programma litterarium. Rotero-  
 dami 1891. S. 29 und Kopera, l. c. S. 7, Anm. 2.

## VI.

Krakau, 28. März 1527. Leipziger Univ.-Bibl. Burschersche Sammlung.

Leonard Coxe an Erasmus.<sup>1</sup>

Er beginnt mit überschwenglichen Entschuldigungen, daß er überhaupt an ihn zu schreiben wage, er hätte es nicht gethan, wenn ihn nicht der Palatin<sup>2</sup> dazu aufgefordert hätte, dem niemand etwas abzuschlagen wage . . . tum publicus hic bonarum litterarum professor eam detrectare provinciam qui potui? Es habe ihn aber der Umstand ermutigt, daß Erasmus ihn im Briefe an Laski, der jetzt einer seiner Gönner sei, habe grüssen lassen.<sup>3</sup> Dafs die Tataren vom Fürsten Konstantin, dem Oberbefehlshaber des litthauischen Heeres, besiegt worden seien,<sup>4</sup> sei ihm wohl schon bekannt, Genaueres werde er aus der deutschen Beschreibung des ihm ganz ergebenen Justus,<sup>5</sup> welche er beilege, erfahren können. Dieser habe den ganzen Sommer über, ja das ganze Jahr schon gekränkelt, doch gehe es ihm jetzt von Tag zu Tag besser. Der Propst von Kaschau<sup>6</sup> habe die Erlauer Propstei, welche 1000 Goldgulden jährlich einbringe, und das Archidiakonat von Torna, dessen Einkünfte sich auf 300 Gulden beliefen, vor wenigen Tagen niedergelegt, er würde auch die Pfarre in Kaschau aufgegeben haben, wenn ihn nicht die Bürger durch inständige Bitten davon abgehalten hätten. Er habe nämlich beabsichtigt, ihn (Erasmus), aller amtlichen Sorgen bar, aufzusuchen, was er jedenfalls noch thun werde; Johannes a Lasko habe, da er den Erzbischof, der ihn nicht von seiner Seite lasse, begleiten müsse, seinen Anian<sup>7</sup> bei ihm zurückgelassen, dessen Begabung, Sittenreinheit und Ernst Erasmus ja sehr wohl bekannt sei. Kein Tag vergehe, ohne daß Erasmus erwähnt werde. „Nos tecum, mi Erasme, et mane saepenumero versamur et in prandio vescimur tecum, tecum a prandio frequenter obambulamus, tecum una sumus in coena, tecum noctem ipsam iocundissime producimus, tu nobiscum semper es, nos, quanti quanti sumus, nunquam a te diiungimur, adeo, ut quod de divo Ambrosio fertur, ut simul in duobus locis eodem temporis momento fuisse, idem et tibi accedit itidem et nobis.“ Der Bischof Andreas Critius sei am Tage vor der Abfassung des Briefes zum Bischof von Plock ernannt worden.<sup>8</sup> So hätten diesen Bischofssitz nacheinander drei hochberühmte Männer innegehabt, der von Beroaldus in den meisten seiner Werke gerühmte Erasmus Vitellius,<sup>9</sup> nach ihm Raphael Leszczynski, ausgezeichnet durch seine Sprachenkenntnis, und nun Krzycki, „quem quoties nomino, absolutum omnis virtutis

exemplar nominare me puto". Dieser liebe den Erasmus, wie kaum jemand, er habe am Feste der Verkündigung Mariä, als er bei ihm zu Tische gewesen, an Erasmus schreiben wollen. Unter seiner (des Coxe) Obhut befindet sich Krzyckis Schwestersohn, ein Jüngling von großer Begabung und warmer Freund der Wissenschaften. Ihm und seinen anderen Hausschülern trage er jetzt des Erasmus „Copia“ vor, welche er bereits vor fünf Jahren in Krakau öffentlich vorgetragen habe, später, nach Ungarn berufen, habe er dort das Werk zweimal vor einem zahlreichen Auditorium gelesen. Dieser Jüngling sei Erasmus so zugethan, dass er ihn aufzusuchen wünsche, was ihm um so leichter fallen könne, da er im Besitze dreier sehr fetter Beneficien sich befindet. Wenn er ihn mit einigen Zeilen zu weiteren fleißigen Studien anspornen werde, so werde er dadurch den Bischof zu großem Dank verpflichten, „et, ut graece claudam, δωρεάν, licet ista non moreris, οὐ γράψεις“. Andreas Zebrzydowski heifse der junge Mann. Datiert ist der Brief: Cracoviae e contubernio Hierusalem, 5 Cal. April. Anno a natali Domini 1527.

Im Postscriptum bittet Coxe um Erklärung der ihm unverständlichen Ausdrücke im ersten Buche der „Copia“: „Synere ac melle fluere videtur“. Das Wort „cinnar“ finde er bei Plinius, alle Drucke der Erasmischen „Copia“, die Schürerschen, wie Froben-schen lassen „synere“.<sup>10</sup>

<sup>1</sup> Über den Engländer Leonard Coxe, den Mentor des Andreas Zebrzydowski, vgl. Jahrbuch XIV, S. 440—41 (S.-A. S. 12—13). Dieser Brief, wie die folgenden aus der Burscherschen Sammlung, wird im Wortlaut von Prof. Dr. Foerstemann veröffentlicht werden. <sup>2</sup> Szydłowiecki, Palatin von Krakau. <sup>3</sup> In den erhaltenen Briefen (in Betracht kommt nur der Opp. III, col. 916—918 abgedruckte) findet sich ein solcher Gruß nicht. Da Coxe vor seiner Ankunft in Polen Melanchthon in Tübingen gehört hatte (Bauch, Dr. Johann Henckell, S. 5 u. 6), so mag er auch Erasmus besucht haben. Auch der Ton des Briefes rechtfertigt neben dem Grusse die Annahme einer vorausgegangenen persönlichen Bekanntschaft. <sup>4</sup> Es ist der Sieg des Fürsten Konstantin Ostrogski über die Tataren bei Kaniow gemeint, in welchem 26 000 Tataren fielen. Vgl. folg. Anm. <sup>5</sup> Es ist dies der „Sendbrief von der großen Schlacht und sige so Kü. Ma. von Poln volk in Litten am 27ten Tag Januarii des 1527 Jars mit den unglaublichen Tartern gehabt hat“. Derselbe ist vom 21. Februar 1527 aus Krakau datiert und von Decius an Wilhelm Weidolt in Nürnberg gerichtet. Der seltene Druck findet sich als Unicum in der Bibliothek des Grafen Czarnecki zu Rusko im Posenschen. Vgl. Hirschberg, O žyciu i pismach Decyusza S. 72, und Wierzbowski, l. c. III, 2123.

<sup>6</sup> Johann Henckel. Auf seine Veranlassung war Coxe zum Rektor der Schule in Leutschau in Ungarn berufen worden, wo er jedoch nur bis zum Dezember 1521 verblieb, worauf er die Leitung der Schule in Kaschau übernahm. <sup>7</sup> Über Anianus Burgonius vgl. Jahrbuch XIV, S. 336 (8) und Dalton, Unveröffentlichte Briefe des Anianus Burgonius. Prager evangelisch-reformierte Blätter. November und Dezember 1892. S. 111—114 und 124—129. <sup>8</sup> Die päpstliche Bestätigung erfolgte erst am 29. April d. J. Theiner, Monumenta Poloniae et Litthuaniae II, 449. <sup>9</sup> Sonst Erasmus Ciołek genannt. Vgl. über ihn Lukas, Erazm Ciołek, biskup płocki (1503—1522). Warszawa 1878. Die Rede, welche Ciołek auf dem Augsburger Reichstag im J. 1518 vor Kaiser Maximilian I. gehalten hatte, gab der kaiserliche Rat Jakob Spiegel heraus und widmete sie Erasmus. (Panzer, Annales typographici VI, p. 149.) <sup>10</sup> In der vom 21. Mai 1527 datierten Antwort auf diesen Brief (Opp. III, col. 983) erklärt Erasmus, er habe das Wort „synar“ in einer sehr alten, wohl der ersten Ausgabe des Aulus Gellius gefunden und es für gleichbedeutend mit piper gehalten. In der Aldiner Ausgabe stehe statt dessen „σειρήνων“.

## VII.

Krakau, 1. April 1527.<sup>1</sup>Leipziger Univ.-Bibl.<sup>2</sup>

Johannes Antoninus an Erasmus.

Er dankt für die Widmung der Schriften Galens<sup>3</sup> und die übersandten Briefe. Erasmus' anerkennende Äußerungen über ihn, seine Empfehlungen hätten ihn nicht nur aus der Finsternis ans Licht gezogen, sondern auch die Grundlagen einer angenehmen und ehrenvollen Lebensstellung unter ihn schätzenden und ihm wohlwollenden Menschen für ihn geschaffen. Über die Zustände in Ungarn habe ihm wohl Ursinus<sup>4</sup> und Piso<sup>5</sup> berichtet. Die augenblickliche Lage des Königs Johann,<sup>6</sup> vereint mit seiner Umsicht, gestattete ihm ruhig die Drohungen Ferdinands gering zu achten. Es sei Aussicht vorhanden, dass es dem Krakauer Palatin, der schon vorher bei Ferdinand in Prag gewesen sei, gelingen werde, die streitenden Fürsten zum Frieden zu bewegen, denn sonst drohe Mähren und Österreich im künftigen Sommer von neuem die Türkengefahr; in Polen besorge man einen Einfall der Tataren. Er habe den Brief des Geschäftsträgers an den Karthusianer gelesen und herzlich über die Bemerkung des Gerbers gelacht, man müsse Natalis Beda<sup>7</sup> die Haut abziehen, sie würde die eines recht grossen Esels abgeben und für viele Bände ausreichen.

Er wünsche zu wissen, in welcher Weise sich Thurzo erkenntlich gezeigt habe.<sup>8</sup> Henckell habe seine Herrin<sup>9</sup> verlassen, ihrem Rufe, nach Pressburg zu kommen, habe er nicht Folge geleistet aus Rücksicht auf König Johann, der ihn schon von frühester Kindheit an sehr lieb habe und hochschätze und ihm ein Bistum angetragen habe, das der wenig ehrgeizige Mann wohl ausschlagen werde. Ihr gemeinsamer Plan, in diesem Monat Erasmus aufzusuchen, sei leider gescheitert. Als er bereits bei ihm eingetroffen, sei kurz vor der Abreise ein Schreiben des Magistrats von Kaschau eingetroffen, wonach der König die Abreise Henckells der im Inlande herrschenden Unruhen wegen nicht gestattet habe. Das Genauere werde ihm der Überbringer des Briefes, Severinus,<sup>10</sup> berichten, der einen Teil des Winters bei ihm zugebracht habe. Er bittet ihn auch die übrigen Schriften Galens, wenigstens die bedeutenderen, herauszugeben. Die von Calvus<sup>11</sup> besorgte, bei Cratander<sup>12</sup> gedruckte Übersetzung des Hippocrates sei leider sehr mangelhaft. König Johann wolle ihn in seine Dienste nehmen, doch möge er seine Freiheit um keinen Preis aufgeben und bitte Erasmus um Rat, ob er dem Rufe folgen solle. Seine Frau lasse ihn grüßen. Er empfiehlt ihm Martin Dobergast,<sup>13</sup> Prediger in Krakau, einen Bewunderer seiner Werke, einen Mann von grossem Wissen und lauterem Lebenswandel. Noch viele andere wünschten Erasmus empfohlen zu werden, doch seien sie ihm verdächtig. Der Bischof von Plock, Cricius, habe ihn gebeten, er möge sein Buch über „die Betrübnis der Kirche“<sup>14</sup> dem Briefe beilegen.

<sup>1</sup> Erasmus' Antwort auf diesen Brief steht Opp. omn. III, col. 1052/53, datiert „Anno 1527“. Sie ist jedenfalls um den 16. Mai desselben Jahres abgefasst, denn in jenen Tagen sandte Erasmus eine grössere Briefpost nach Polen (Schreiben an Szydłowiecki, Krzycki, Zebrzydowski, Laski, l. c. III, col. 978—982, vgl. besonders im Briefe an Krzycki die Erwähnung des übersandten Buches, von welchem am Schlusse unseres Briefes die Rede ist). Antoninus schrieb ein zweites Mal im Oktober des Jahres (dieser Brief ist bisher nicht aufgefunden), worauf Erasmus am 9. Dezember erwiederte. L. c. III, col. 1045/46. <sup>2</sup> Vgl. die Bem. bei Nr. VI, S. 209, Anm. 1. <sup>3</sup> Vgl. Nr. V, S. 207. <sup>4</sup> Kaspar Ursinus Velius (1493—1539), der bedeutendste schlesische humanistische Dichter, ein Schüler der Krakauer Universität, weilte im J. 1521 in Basel bei Erasmus, kam später an den Hof Ferdinands I., wurde Hofhistoriograph des habsburgischen Hauses und Erzieher Maximilians II. Vgl. über ihn die Biographie Bauchs, Budapest 1886. <sup>5</sup> Jakob Piso († 1527), sächsischer Humanist aus Siebenbürgen, war mit Erasmus persönlich bekannt und

befreundet. Als apostolischer Nuntius weilte er zweimal am polnischen Hofe und schrieb u. a. auch: *De conflictu Polonorum et Litthuanorum cum Moscoviticis elegia*. Rom 1515. <sup>6</sup> Zapolya. Es ist die Rede von dem nach dem Tode des ungarischen Königs Ludwig II. († 1526 bei Mohacz) zwischen Johanu Zapolya, dem Woywoden von Siebenbürgen, und Ferdinand von Österreich ausgebrochenen Thronfolgekrieg. <sup>7</sup> Natalis Beda, einer der heftigsten Gegner des Erasmus, zumal er als Verfechter der Sorbonne auftrat, auf deren Anfrage er schon im J. 1524 des Erasmus Lehre als in vielen Punkten irrig und anstößig bezeichnet hatte. Wer der „negociator“ und Karthusianer (Petrus Sutor?) sein mag, ist auch aus der Antwort des Erasmus nicht zu ersehen. <sup>8</sup> Für die Widmung der Schriften Plutarchs „*De non irascendo*“. Vgl. oben Nr. IV, Anm. 2 u. 3. <sup>9</sup> Maria, die Witwe Ludwigs II., später Statthalterin der Niederlande. <sup>10</sup> Severinus Olpejus — „*iuvensis ad studia natus*“ röhmt Antoninus von ihm. Vgl. Opp. omn. III, col. 1045 und 1057. Dalton vermutet in ihm einen Angestellten des Nürnberger Buchhändlers Koberger. (Lasciana S. 110.) <sup>11</sup> Buchhändler in Ticinum, besuchte Erasmus im J. 1518, der sich über ihn sehr anerkennend äußert. In der Antwort auf diesen Brief schreibt Erasmus, Calvus sei für die fehlerhafte Übersetzung nicht verantwortlich zu machen, er sei ein einfacher Buchdrucker. <sup>12</sup> Cratander Andreas, Buchdrucker in Basel. <sup>13</sup> Martin Dobrogost, Magister der freien Künste, Prediger an der Marienkirche in Krakau, in welcher er auf Geheiss des Bischofs Tomicki im J. 1525 gegen Luther predigte. Diese Predigten erschienen auch im Druck, doch sind sie heute verschollen. Vgl. Janozki, Janociana I, 59. <sup>14</sup> *De afflictione Ecclesiae, Cracoviae, Vietor, 1527.* Diese kleine Schrift ist ein Kommentar zum Psalm XXI „*Deus, Deus meus, respice me*“ mit polemischer Tendenz. Vgl. über den Inhalt Bukowski, l. c. I, 537. .

## VIII.

Breslau, 27. Oktober 1527.

Breslauer Rhedigerana.  
Cod. 254 Nr. 150.

Andreas Trzecieski an Erasmus.<sup>1</sup>

S. Dabis veniam, Erasme candidissime, quod ego barbarus et prorsus a musis et graciis alienus, audeam te virum omni genere doctrinarum instructum meis illiteratis literis compellare. Facit hoc candor tuus et quaedam benignitas, qua tibi viros omnium nationum insignes conciliasti, ita ut tui non possint non meminisse. Hinc est, cum ego audirem apud Antoninum Cassioviensem, veterem meum congeronem, tuas laudes praedicari teque ipsi familiarissime scripsisse et apud Magnificum Dom. Christophorum a Sydlowiecz, Cancellarium Principis nostri, tui honorificam

mentionem factam, cum „Lingua“ tua fuissest allata, volebam iam pridem ad te dare meas licet inelegantes literas, sed adversa valetudo non sivit, quae me diu maceravit. Ea fuit ex vulnere contracta nobis in caput inficta per quendam nobilem, quem ne verbo quidem offenderamus, cum rediremus a Coena in nostrum pandocheum. Ubi meus Antoninus rem bene tenet, cuius pharmacis iam pene deploratus ab Orco sum revocatus. Nunc cum ob pestilenciae ingluviem, quae Cracoviae in omnes regiones urbis a feriis divi Iohannis grassare cooperat, me Lipsiam et tandem Erfordiam Graecarum et Hebraearum litterarum ergo, quarum semper fui studiosissimus, contulisse, et, si per *πενίαν* licuisset, te quoque visitasse, rediens in itinere Vratislaviae nuncium inveni per plusquam Reverendum Dom. Andream Cricium, epum plocensem, et reliquos viros egregios,<sup>2</sup> tui cultores hand infimos, ad te missum.<sup>3</sup> Nolui eum vacuum meis literis ad te dimittere, in quibus quid aliud scribam, nisi ut tuum Tricesium in tuam amicitiam admittas eumque tuis doctissimis literis salutes, id quod semper ambivit et nunc quoque ambit, vel si amicitia dignaris, saltem in numerum clientolorum tuorum ascisca. Vale et, si per negotia licuerit, responde. Si quid novarum rerum apud nos sit, arbitror hos heroes, qui hunc nunc nuncium ad te miserunt, abunde omnia scripsisse, alioquin scripsissemus. Iterum vale. Vratislaviae quinto Kalendas Novembbris. Anno a restituta salute 1527. Salutat te Ioannes Rullus,<sup>4</sup> conteranus meus, tui nominis, si quisquam est, studiosissimus.

Andreas Trecesius Polonus  
ex equestri ordine.

<sup>1</sup> Über Trzecieski vgl. Jahrbuch XV, S. 121 u. 122 (S.-A. S. 29—30).

<sup>2</sup> Aufser Krzycki schrieben damals Johann Laski, Antoninus und der Reichskanzler Szydłowiecki. Erasmus erwiderte Anfang Dezember d. J. Opp. omn. III, col. 1045—1047 und 1057. Dafs dieser letztere, an Laski gerichtet, nur „Anno 1527“ datierte Brief aus dieser Zeit stammt, beweist eine Zusammenstellung mit den beiden anderen (col. 1045—47, vgl. insbesondere die Nachricht vom Tode Frobens), die Erwähnung der Einnahme Roms und der im August d. J. dem Oheim Laskis gewidmeten Erasmischen Ausgabe des Ambrosius. Laski erwiderte auf diesen Brief am 20. Februar 1528. (Dalton Lasciana S. 110—114.)      <sup>3</sup> Es mag der Opp. III, col. 1057 Georg genannte Briefbote gewesen sein.      <sup>4</sup> Johann Rullus aus Krakau, studierte dort und wurde später Schulmeister zu St. Maria Magdalena in Breslau, † 1532. Vgl. Bauch, Aktenstücke zur Gesch. des Breslauer Schulwesens im XVI. Jahrhundert. (Programm der Evangel. Realschule II zu Breslau Ostern 1898.) S. 32.

## IX.

Krakau, 28. Februar 1528.

Leipziger Univ.-Bibl.

Justus Decius an Erasmus.<sup>1</sup>

Er sende durch Zebrzydowski,<sup>2</sup> einen vornehmen Jüngling, auf Geheis seines Königs 100 ungarische Goldgulden, deren Empfang Erasmus dem Krakauer Bischof bestätigen möge. Dass Erasmus schon einige Jahre nicht geschrieben, sei wohl mit seinen vielen Beschäftigungen zu erklären. Für ihn habe das stets Antoninus besorgt, der noch immer schwer krank sei. Er bittet außerdem, 40 Gulden Glarean zukommen zu lassen, welche Johannes a Lasko ihm zur Beförderung übergeben,<sup>3</sup> er selbst kenne den Mann nicht.

<sup>1</sup> Vgl. Nr. I, S. 196 Anm. 1.    <sup>2</sup> Vgl. oben S. 209, über das Geschenk des Königs s. Jahrbuch XIV, S. 338 (10).    <sup>3</sup> Es war Laskis klingender Dank für die Schrift „de geographia liber unus“, welche Glarean im J. 1527 in Basel herausgegeben und dem nachmaligen Reformator gewidmet hatte. Vgl. Fritzsche, Glarean, sein Leben und seine Schriften, Frauenfeld 1890, S. 193, und Dalton, Lasciana, S. 115 u. 116. An demselben Tage schrieb auch Laski Briefe an Erasmus, Glarean und Beatus Rhenanus. (Lasciana S. 110—116.)

## X.

Basel, 27. August 1528.

Aus dem Cod. Gothanus chartac.  
B. Nr. 20, fol. 52b abgedruckt  
von Horawitz, Erasmiana I.  
S. 438—440.

Erasmus an Christoph Szydłowiecki.

Quod tibi tantopere placet in scriptis meis nonnullos offendit, quibus haec assidua pacis praedicatio videtur esse principum sine fine dissidentium sugillatio. Quamquam ego nec omne bellum damno, est enim interdum necessitatis, nec quemquam principem sugillo, tametsi negari non potest, ubicunque bellum est, ibi crimen esse vel ab hac parte, vel ab altera, interdum utrinque. Ceterum animos causasque principum Deus iudicat, non ego. Epistola, quam istic excuderunt,<sup>1</sup> non mediocrem invidiam mihi conflavit non apud ipsum Ferdinandum, quo nil aequius, sed apud quosdam aulae Ferdinandiae proceres ob unam voculam, quam prorsus illic nesciebam esse, qua Iohanni<sup>2</sup> regis cognomen addidi, quoniam aliud tum non habebam. Sigismundi regis epistolam<sup>3</sup> humanitatis ac religionis plenam magna cum animi alacritate recepi munusque<sup>4</sup> non absque rubore, quod ego sane ut non promerebar, ita nec expectabam. Et bellorum et factionum tumultus in dies magis ac magis incrudescunt, nec ullam video spem finiendi mali, ni proceres Ecclesiae cum Monarchis positis pri-

vatis affectibus se totos divinae voluntati committant et nisi populus mutata in melius vita placet numinis iram ad eiusdem confugiens misericordiam. Si sic obruantur novae sectae, ut reviscat improborum monachorum tyrannis aut illorum, qui sub nomine Romani Pontificis hactenus fecerunt quicquid collibuit, hoc erit mutare pestem, non tollere. Res episcoporum ac principum auctoritate temperanda est, ut vincat Christus, triumphet pietas, non hominum improbitas. Qua quidem in re quaeso, ut animum, quem hactenus praestitisti, constanter obtineas, nec ad dextram declinans nec ad sinistram. Opto tuam Celsitudinem quam optime valere, vir clarissime ac patrone singularis.

Datum Basileae VI. Calen. Septembr. Anno 1528.

Addictissimum T. Celsitudini mancipium  
Erasmus Roterodamus mea manu subscripsi.

Magnificentia tua Herculis instar pro Atlante saepissime humeros supponit, qua non modo rex dignus est, verum ipsa magis tanto rege digna. Tanta est animi tui moderatio, aequitas, prudentia, humanitas, constantia et quidquid est huiusmodi, ut reliquos longe a tergo relinquas. Ego vel toti orbi decem Nostores huiusmodi tibi similes exoptarem, satis consultum Republicae profecto fieret.

Adresse: Clarissimo viro domino Christophoro de Szydlowietz, Castellano et Capitaneo Cracoviensi ac Regni Poloniae Cancellario.

<sup>1</sup> Gemeint ist der Brief des Erasmus an König Sigismund von Polen vom 15. Mai 1527, welcher bald darauf in Krakau von Hosius, dem späteren Bischof von Ermland und Kardinal, herausgegeben wurde. Der Druck ist betitelt: Des. Erasmi Roterodami Epistola ad Inclytum Sigismundum Regem Poloniae etc. mire elegans, in qua horum temporum conditionem graphice describit. Eiusdem ad amicum quendam Epistola, pia iuxta ac elegans, qua calumniam sibi intentatam, quod aliter, atque parerat, de Sacratissimo Christi corpore sentiret, scite breviterque refellit. Gewidmet ist diese Ausgabe dem Bischof Tomicki. Es finden sich in ihr Lobgedichte auf Erasmus von Johann Lange, Georg Werner aus Patschkau, George von Logau, Coxe und Hosius. Vgl. Szujski, Odrodzenie i reformacja w Polsce. Kraków 1888. S. 57 (B. IV der Gesamtausgabe); Acta Tomiciana IX, 180. Epist. Hosii edd. Zakrzewski et Hipler, B. I, S. CXXXIX und 2—3; Wierzbowski, l. c. III, 2127; Dalton, Lasciana S. 111 und Opp. omn. III, col. 1046, 1057, 1096. Über die zweimalige Absicht des Hosius, Erasmus aufzusuchen (im J. 1529 und 1534). <sup>2</sup> Zapolya, Kronprätendent von Ungarn, Gegner Ferdinands. Hipler, Reliquiae Hosianae im Pastoralblatt für die Diöcese Ermland, 25. Jahrg. Nr. 9 (vom 1. September 1893) S. 109 und Epist. Hosii, B. I, S. X. <sup>3</sup> Vom 19. Februar 1528. Opp. III, col. 1059. <sup>4</sup> Vgl. im vorigen Briefe des Decius Anm. 2.

## XI.

Löwen, 12. Juli 1530.

Breslauer Rhedigerana. Cod. 254  
fol. 376.Martin Slap Dombrowski an Erasmus.<sup>1</sup>

S. P. Sub discessum istius nuncii, vir excellentissime, cepi  
hoc beneficiis tuis victus meditari epistolum. Id enim indignum  
me esse putabam, si pro tam magnificis commendacionibus gratias  
dignitati tuae ne semel quidem agerem, praesertim cum referre  
non aliquo pacto posse videar. Sed id cogitantem destituit oratio,  
impedit ignorantia, quae ne verbum quidem latinum, quod non  
modo indoctissimi cuiusque aures offenderet, scribere patitur;  
tantum abest, ut tibi viro nostra aetate doctissimo animum pate-  
facere meum citra fastidium latine possem. Confido tamen civili-  
tati tuae, quin tu hanc barbaram Martini tui epistolam non alia  
fronte sis suscepturus, quam soles tibi benevolentium suscipere;  
quodsi Ciceroniana eloquentia praeditus essem, vix unquam bene-  
ficia in me tua pro dignitate recensere queam, exstant siquidem  
plurima et maxima, et, quo ea magis mecum perpendo, nova  
semper et maiora occurunt. Fuit certe proxima ad magistrum  
Conradum Goclenium<sup>2</sup> epistola summi apud me beneficii loco,  
quam profecto non mediocris esse ponderis cognovi, ea enim  
humanitate nomine tuo me exceptit, deinde tantum benevolentiae  
mihi ostendit et officiorum in me praestitit, ut, si esset naturalis  
pater, non potuisset amplius. Qui nisi mihi hic adfuisset, pro-  
culdubio non sine parva iactura cum pecuniae tum temporis Ger-  
mania repetenda erat. Nullus namque me externum hominem  
in domum suam recipere ausus fuisset, nimirum toties falsi sunt  
perfidia aliorum. Ille vero authoritate sua tantum effecit, ut in  
honesti civis domum admissus sim, ubi mensam satis lautam et  
cubiculum non incommode habeam. Haec mihi amicissima illa  
commendacio mei, quam amanter nimis (vidi enim illam) prin-  
cipio eius epistolae inseruisti, effecit, pro qua gratias ago et habeo  
maximas. Quae enim laus mihi contingere unquam maior poterat,  
quam laudari a laudatissimo nostri temporis eruditissimoque? Ego vero, quo me illa inferiorem esse sentio, eo magis admittar,  
ut aliqua ex parte ei respondeam. Sed proferamne ego et alias  
laudes, quibus nuper tam ornatus et tam gratus in Polonium  
veni, proferrem sane, ne gloriose magis quam necessario facere  
viderer. Nam qui prius vix uni matri cognitus domum redibam,  
nunc tanto applausu omnium, ignotissimorum quoque, honorificen-  
tissime exceptus sum, in tantum, ut nunquam in patria fuisse  
mihi visus sim, nisi quando redieram ab Erasmo. Ab Erasmo,

inquam, hoc siquidem nomine honestus, virtute praeditus, et, si diis placet, etiam et doctus illis videbar et digito „hic est ille convictor Erasmi“ (si Horatianis verbis uti licet) „turba monstrabar in omni“. At quantum plus idem dicturi erant, si vel unam periodum ad proceres Poloniae ex magnificis illis commendacionibus de me tuis vidissent. Hoc itaque, excellentissime vir, tuo de me testimonio et istis susurris hominum ad litteras amplectendas ardentior factus sum, quibus satis infeliciter hactenus et Musis (quod aiunt) invitis operam dedi, vel quod aetas in causa sit, vel quia istud Sarmaticum ingenium frigida in patria crassoque sub aëre natum minus capax fuit disciplinarum. Quibus tamen si quis miratur me incumbere invita, ut aiunt, Minerva, illi respondebo: Quis tam stupidus adeoque ignarus, quem eloquentia Erasmi ad colenda bona studia non permoveat, immo pertrahat, qui non solum ob partam labore eruditionem et virtutem merito veluti lux quaedam ametur et suspiciatur ab omnibus et cuius authoritas omnibus debeat esse pro oraculo, sed et illos quoque, qui eum admirantur, radiis doctrinae suae illustrare nititur. Haec quoties tecum in animo repeto, exilit mihi gaudio primum ob hoc, quoniam saeculo tuo nasci contigit, tum etiam quod notitia, quam semper summe expetebam, tui accesserit. Porro si iam moriendum esset, vel hanc ob rem mortem mihi minus acerbam fore putarem, quia te, ornamentum aetatis nostrae, hisce oculis prius vidi. Quare multa de meo erga dignitatem tuam debito amore scribenda essent, si stili tenuitas pateretur et ni tibi hunc aliqua ex parte antea perspectum beneficiaque id totum longe superare tua putarem. Quibus etsi me imparem, ut referre aliquando possem, esse intelligo, curabo tamen, ut ne in ingratum ea contulisse videaris et ut me tibi iis de causis deditissimum ad omniaque paratissimum, si quando hoc Martino uti dignaberis, semper cognoscas. Hei nescis, quam misere angebar, quum te aegrotantem Friburgi relinquem, fortassis tunc (utinam ante discessum venisset hoc in mentem!) tibi alicui usui potueram esse, saepius ideo de redeundo cogitavi, et eram, ita medii ament, facturus, si non levitatis nomen obstitisset, epistolamque, quam ad D. Goclenium dederas, diligentius preferendam existimavissem. Manere profecto tamdiu Friburgi donec revaluisses, etiam non sine magno dispendio rerum mearum constitueram, si dispendum, quod honestum et utile mihi fuisse, ullum esse poterat. Ubi vero te melius, nescio per quem, habere acceperam, deus bone, quam tacite tecum laetabar, nimirum quod bonorum meorum inceptor et autor, cuius opera nunc vivo, revaluerit. Quod si verum est, velim autem verum esse, tum plane beatus et extra

metum omnem sum, nempe verebar, ne te nobis deus in mundo adhuc necessarium ante tempus praeripuissest, non dubito autem, quin hic tabellarius de incolumi valetudine tua laetissimum nuncium nobis sit allaturus. Praeterea rogo, si quid forte in Poloniā scripturus es, velis meam apud episcopum Plocensem de annulo liberare fidem, vereor enim, ne quam graviorem illa suspicionem D. Andreas<sup>3</sup> mihi conficiat, ubi me apud eum in gratia esse senserit, quamquam patrocinium, quo dignitas tua in me purgando usa est, plurimum huic malo medebitur. D. Cracoviensi episcopo scribes, non dubito, cui saltem unum atque alterum verbum, nam non amplius eius adversa valetudo patiebatur, loquutus sum; cuperem, ut per me redditum tibi epistolium esse sentiat. D. Cancellarius Regni his mihi plurima amoris erga te signa sui multis mandaverat testimonia, quae ego non tanti esse putavi, ut tibi morbo graviter affecto ea recensendo molestus fuissem, erant enim quotidiana, qualia tu ab amicis audire soles saepius, scilicet optabat longos tibi et prosperos annos et hoc poculo pro sanitate tua ex more patriae bibens confirmavit. Haec erant aut his similia, quae referenda tibi commiserat: esset mihi profecto gratissimum, si me tibi hanc eius benevolentiam expousisse intelligat; hoc autem fieri poterit, si animus in me tuus non fuerit quodam modo mea imprudentia immutatus. Quod si scribendi tempus in mercatum usque Francfordiensem distuleris, scribam Frobenio, cui schedas dignitatis tuae tuto preferendas in Poloniā mandaverit. Bene vale, decus saeculi nostri. Lovanium pridie Calendas Iunii veni, quae civitas multis de causis plurimum placet aut hoc uno, quod plurima incitamenta studiorum et paucissima avocamenta hic sunt. D. Hayo Phrisyus<sup>4</sup> bene valet, de quo ex D. Goclenio latius intelliges. Haec ego, vir doctissime, non tam timide, quam libenter ad te dedi, quoniam, sicuti immensa eruditio tua me deterrebat, sic invitabat rursus summa humanitas.

Iterum vale. Lovanii XII die Iulij A. D. 1530.

Tibi deditissimus

Martinus Slap a Dambrowka,

Polonus.

<sup>1</sup> Über Martin Slap Dombrowski vgl. Jahrbuch XV, 105—109 (13—16).

<sup>2</sup> Konrad Goclenius (1455—1539), Professor der lateinischen Sprache am Collegium trilingue zu Löwen und Kanonikus von Antwerpen. Vgl. über ihn Mémoires couronnés et mémoires des savants étrangers publiés par l'academie royale etc. . . . de Belgique. Bruxelles 1856. Tome 28, 143. Der erwähnte Brief des Erasmus ist bisher nicht bekannt. <sup>3</sup> Zebrzy-

dowski, der Schwestersohn Krzyckis. Erasmus entsprach dem Wunsche Dombrowskis. Vgl. Opp. III, col. 1305 bis 1308. Die Briefe, welche Dombrowski aus Polen mitnahm, sind nicht erhalten. <sup>4</sup> Hayo (d. i. Hermann) Caminga, ein begabter Jüngling, der bei Erasmus Hausgenosse gewesen war und von ihm wegen seines ausgezeichneten lateinischen Stils gerühmt wird. Opp. omn. III, col. 336. 685. 1214. 1751.

## XII.

Krakau, 17. August 1531. Krakau, Czartoryskisches Archiv.  
C. N. Ms. 46. Nr. 175.

König Sigismund I. von Polen an Erasmus.<sup>1</sup>

Cognovimus, traditum esse in contubernium et curam tuam filium generosi Severini Boneri, Burgravii et praefecti salinarum nostrarum Cracoviensium fidelis dilecti, quem cum propter plurima patris de nobis merita cuperemus in omni virtute proficere, commendamus tibi illum et studia illius teque hortamur et rogamus, ut nostra causa illum ita erudiendum cures, ut et patri familiaeque suae honori et Nobis usui aliquando esse possit, quo rem non minus te dignam, quam nobis gratam praestabis. Datum in civitate nostra Cracoviensi die 17 augusti Anno Domini 1531,<sup>2</sup> Regni nostri Anno vigesimo quinto.

<sup>1</sup> Über die Beziehungen des Königs zu Erasmus s. Jahrbuch XIV, 338 (S.-A. S. 10). <sup>2</sup> Über Severin Boner vgl. ebenda XV, S. 109 ff. (17 ff.). <sup>3</sup> In der Handschrift steht fälschlich 1530.

## XIII.

Krakau, 17. August 1531. Krakau, Czartoryskisches Archiv.  
C. N. Ms. 46. Nr. 176.

Tomicki an Erasmus.<sup>1</sup>

Etsi iam dudum nullas a te acceperim litteras, Erasme, vir aetate nostra praestantissime, te tamen sanum esse et recte valere ex certis hominibus, qui istuc hinc adveniunt, intellexi. Quod me maiorem in modum delectat, amicum enim tam insigni laude, et cumulata virtute praeter te habeo neminem, quod vero ego tibi rarius scribam, non mea voluntas, sed temporum praesentium misera conditio et status turbulentus in causa sunt, quibus plerumque animo ita incumbo, ut me officia amicorum utcumque invitum negligere oporteat. Nunc cum<sup>2</sup> [nactus sim] nuntium, committere nolui, quin ad te aliquid litterarum darem, praesertim cum ad scriendum officio [adstringor],<sup>3</sup> quod clarissimo et magni

nominis et auctoritatis apud nos viro Domino Severino Bonero, patri istius pueri Ioannis, qui in tuo contubernio est, debeo promovere. Is enim cum ex quibusdam cognovit, te mei studiosissimum esse, petivit a me, ut ad te in commendationem filii aliquid scriberem, quod cum et ego mihi conscius essem, quanti te facerem et tuam erga me benevolentiam expertus essem, liberaliter me facturum recepi. Quare commando tibi summo studio puerum, quem propter egregiam illius indolem et patris virtutem et amicitiam, qua mihi est coniunctus, mirifice diligo et vehementer opto, ut quam maxime pro sua dignitate et parentum honore doctrina, moribus et quamcumque virtute ornetur, quod etiam futurum non dubito, quando illi et auctoritate et praecepsis deesse nolueris, deesse autem velle non poteris, si cogitaris ex patris eius gratissimis et placidissimis moribus eum te fructum, quem soles a bonorum virorum officiis exspectare, esse capturum. Ita enim tibi de eo affirmare possum, quod tuorum officiorum et benevolentiae erit gratissimus, quam referre tibi non minus volet, quam poterit, quando quidem gratia Srmi Regis mei opibusque in hoc regno est longe princeps et vir non solum honestus et gravis, sed prudens etiam et officiis plenus. Bene vale, et laudibus, ut cepisti, virtutem et doctrinam tuam nobis et posteritati commenda. Datum Cracoviae die 17 Augusti Anno Domini 1531.

<sup>1</sup> Über den Krakauer Bischof Tomicki vgl. Jahrbuch B. XIV, S. 339 (11). <sup>2</sup> Fehlt im Mscr. <sup>3</sup> Fehlt im Mscr. Dieses oder ein ähnliches Verbum ist zu ergänzen.

#### XIV.

Freiburg, 1. September 1531.

Posen, Raczyński'sche Bibliothek. Cod. II, K. c. 35 (310), fol. 5, und Krakau, Czartoryskisches Archiv, C. N. Mscr. 46. Nr. 191.

Erasmus an Severin Boner.<sup>1</sup>

Profecto boni cuiuspiam et amici genii mei opera perfectum arbitror, Severine Bonere, praecipuum Poloniae decus, ut Anselmus Ephorus tuus, dum per Germaniam adornat iter in Italiam, nonnihil ab instituto itinere deflexerit et ad hoc Friburgum Brisgoicum sese contulerit. Nam mihi menses ferme quinque non modo facilem amicum, commodum ac iucundum convictorem praebuit, verum etiam curis domesticis nunc ob novas aedes emptas et ob migrandi aedificandique negotia praeter solitum grallatum

non minima ex parte sublevavit, vir ut in litteris varie doctus et expolitus in omni genere negotiorum, a quibus abhorrere solent qui studiorum amore rapiuntur, cautus solers et perspicax. Quendam antiquitas ab morum commoditatem dixit omnium horarum hominem, hunc merito quis dixerit omnium actionum hominem, proinde hoc quidem nomine profiteor me illi debere plurimum. Non enim possum tali viro non habere fidem asseveranti se non alia causa commotum, ut praeter animi decretum diutius haereret in Germania, quam ut Erasmi consuetudine mensibus aliquot frueretur. Quem hominis animum si tu quoque probas, sicuti probaturum confido, erit quod tuae quoque humanitati gratias agam. Utinam autem nostra familiaritas illi filioque tuo Ioanni Bonero tantundem attulerit utilitatis, quantum mihi attulit voluptatis, nec hic locus sit veteri Graecorum proverbio: „Thesaurum quaerebam, carpones reperi.“ Si quid hic erravit, dignus sit venia, imposuit homini candido fama, quae nonnunquam ex musca facit elephantem.

Te vero, vir Clarissime, non perinde felicem existimo, quod opibus, quod maiorum imaginibus resulges, quod in florentissimo regno dignitate, gratia et authoritate cumprimis polles atque quod tales sortitus es filium. Inter omnes enim possessiones nihil preciosius, inter omnia decora nihil pulchrius, inter omnia oblectamenta nihil iucundius liberis piis ac fortunarum successione dignis. Per hos enim parentes cum ad senectam venerint, reviscunt, quum instat dies ille fatalis, e quo animo decedunt, atque in his mortui quoque vivunt. Quaeso te, ne suspiceris me quicquam dare tuis auribus, teste Christo, loquor ex animo, sunt et ista dona benigni numinis, quae non alia tutiore custodia servari possunt, quam si reputantes haec a gratuita Dei munificentia profici, quo maior est illius in nos liberalitas, hoc longius nosmet ab insolencia semoveamus et arctius intra modestiae cancellos contineamus, ne divina Nemesis quod dedit immerentibus, auferat ab insolentibus. Saepenumero sum admiratus filium tuum hac aetatula, qua plerique vix expedite legunt, tantum in litteris operae pretium fecisse, crede mihi, talis indoles nihil vulgare neque mediocre de se pollicetur, ingenium praesens, velox, tractabile, docile et ad quidvis habile, sunt enim quos litteris natos dicas, sed in vulgaribus hisce negociis nihil ineptius, ne in moribus quidem pueri quicquam deprehendi puerile aut ineptum. Quibusdam immodicus pudor stuporem conciliat, alios audacia facit indecentes, effrontes, tuus alacritatem habet civili quadam reverentia temperatam. Verum, quemadmodum ut talis tibi nasceretur, totum est felicitatis ac divini muneris, ita non minima laus

debetur singulari prudentiae tuae, quod puerulum tuum a teneris statim unguiculis cum honestissimis disciplinis, tum sanctissimis moribus ad haec etiam Olyssea quadam vividaque prudentia formandum et adversus omnes fortunae casus armandum curaris. Frustra Thetis Achillem infantem suum traxit in Stygiam paludem, nulla res adversus omnia fortunae tela melius armat hominem, quam philosophia, praesertim ea, quae rebus explorandis cominusque noscitandis colligitur. Quotusquisque parentum est, qui hoc aetatis filios sustineat in longinquas regiones a se distrahi ac non potius intra complexus intraque sinus foveat ac detineat propemodum usque ad pubertatem. Tu vero perinde, quasi illum non tibi, sed reipublicae sustuleris, statim his artibus imbuendum curas, quibus et amicis et regno tum ornamento, tum usui esse possit, nec optimam aetatis partem passus es inter matrum oscula et nutricum blanditias elabi, nequaquam ignarus nos nihil neque rectius intelligere neque tenacius meminisse, quam primis illis annis mollibus etiamnum et, ut Fabius ait, in omnem habitum sequacius imbibimur. Namque grandes discimus quasi per nebulam et, ut ita loquar, animo cernimus nec aliter, quam in somnis visa recordamur. Iam et illud singularis est prudenciae, quod udam et felicem argillam egregio plaste, quod fundum optimo colono commiseris. Quid enim refert bene nasci, si desit recta institutio? Tuae laudis est, quod talem quaesieris: felicitatis quod inveneris. Hoc tantum bonum videmus interdum summis monarchis non obtingere. Iterum mihi rogandus es, vir praecclare, nequid me loqui credas ad gratiam aut huiusmodi dictis paternas aures scabere. Non inficiar istud esse vulgare, sed idem, ut est alienissimum a moribus ingenioque meo, ita in hoc argumento nihil opus est ulla fictione atque adeo ne fingendi quidem ulla causa. Plurimos novi pueritiae formatores, sed hactenus inter probatos neminem vidi Anselmo vigilantiores integriores atque etiam dexteriorem. Plus ille a pueris impetrat solo nutu, quam plerique iurgiis, rixis, minis, clamoribus ac verbibus. Quintilianus nihil prius existimavit praecipiendum doctoribus, quam ut in discipulos accipient affectum parentis. Parentum est pudore ac liberalitate retinere liberos potius, quam metu. Prisci non sine causa plurimum tribuerunt fronti, quam dixerunt occipitio priorem et oculis domini, quibus dicebant potissimum equum pinguescere, fundum enitescere. Arbitror autem non paulo efficaciorem esse parentis oculum<sup>2</sup> in filio, quam domini in stabulo aut in fundo. Anselmus autem et parentis et praceptoris munere mirifice fungens pedem aut digitum latum nunquam digreditur, nec puer cuiquam adhaeret lubencius; id nec Anselmus

perpetuo faceret misi tuum erga filium affectum in se transtulisset, nec puer gauderet perpetua hominis praesentia, nisi illum loco parentis et amaret et veneraretur. Stanislaus puer, filii tui fidelissimus minister ac studiorum sodalis, qua familia sit natus, nescio, sed indole est tam liberali, ut vehementer optarem nullis monarchis deteriores nasci liberos, spem autem eruditionis eximiam de se praebet, itaque gratulandum arbitror utriusque de altero, Ioanni tuo, cui contigerit tam accommodus puerilium studiorum socius, Stanislao, cui contigerit tam benignus patronus, cuius liberalitate poterit feliciter institutum in optimis litteris cursum perficere.

Video et gaudeo eam felicitatem, quam Plato optat, civitatibus Vestrae Poloniae obtigisse, in qua viri principes philosophiam amplectuntur. Philosophiam autem appello non rationem disserendi de principiis rerum, de hylle, de tempore, de motu, de infinito, sed illam sapientiam, quam Salomon indicavit preciosorem cunctis opibus eamque propter hanc unam p[ro]ae caeteris omnibus a Deo optavit. Cuius haec vis est, ut homo et suam ipsius vitam rectius instituat et patriae commodis belli simul ac pacis temporibus probe consulat. Huius philosophiae quum inclytum Poloniae regnum egregium et exemplum habeat et magistrum Regem Sigismundum, non mirum est, si solem suum sequuntur sydera.

His litteris, vir Clarissime, visum est tibi tuaeque nobilissimae coniugi felicitatem istam haudquaquam vulgarem gratulari et meo nomine gratias agere, quod hactenus e tuorum convictu tantum ceperim solacii, utinam licuisset diutius, sed nihil est in rebus humanis perpetuum, nec est humanitatis, siquidem Homero credimus, remorari hospitem discedere cupientem, praesertim si idem vel suadeat utilitas vel cogat necessitas. Ceperat hic scintillare pestis, sed leviter et medicorum oraculum est fugam pro efficacissimo remedio suadentium cito, procul tarde. Dominum precor, ut istam felicitatem tibi tuisque velit esse perpetuam. De meis statuas velim, nullum esse genus obsequii, quod optime meritus patronus ab obligatissimo cliente postulare valeat, quod ego ad nutum tuum non sim cupidissime praestaturus, modo id meae sit facultatis. Vale. Datum apud Friburgum Brisgoviae. Calendis Septembris Anno 1531.

<sup>1</sup> In den Handschriften findet sich die Aufschrift: Erasmus Roterdamus Severino Bonero Zuppario Cracoviensi. Vgl. über diesen, sowie über die hier erwähnten Persönlichkeiten, den jungen Johannes Boner, Anselmus Ephorus und Stanislaus Aychler Jahrbuch XV, 109—116 (S.-A. S. 17—24). <sup>2</sup> In der Posener Handschrift steht osculum.

## XV.

Basel, 15. September 1531.

Leipziger Univ.-Bibl.

Anselmus Ephorinus an Erasmus.<sup>1</sup>

Der Brief, der unter dem frischen Eindruck der Abreise von Erasmus geschrieben ist, erwähnt eingangs den grossen Nutzen, den sie (Anselmus und seine Schüler) aus dem fast fünf Monate währenden Umgang mit Erasmus geschöpft. „Quodsi me et meos ex domo tua non abiisse doctiores pietateque instructiores dixero, plane mentior.“ Nur sein Ruf, die Bewunderung für sein Wissen, nicht das Ansehen der Universität und die schöne Lage des Ortes hätten ihn so lange zu bleiben bewogen. Viel verdanke er auch Glarean,<sup>2</sup> der ihn zuerst freundschaftlichen Umgangs gewürdigt habe, auch wenn er ihm bei der Abreise eine Unterredung abgeschlagen, indem er sich bei seinem Stanislaus,<sup>3</sup> den er vorausgeschickt, damit entschuldigt habe, dass er sehr in Anspruch genommen sei.

Mit Hilfe Amerbachs<sup>4</sup> hätten sie in Basel einen humanen und gastfreundlichen Wirt gefunden, der allem Sektenwesen fremd stehe; außerdem sei ihnen bei Tage von dem Kanonikus Peter Rich<sup>5</sup> ein geräumiges, schön gelegenes Haus mit Rauchkammer und Garten zur Benutzung überlassen worden, würdig der Musen und Apollos. Die Prediger am Orte verteidigten die Abendmahllehre, die Leute würden für die Neuerung mit Gewalt gewonnen, so sei neulich ein Edikt erlassen worden, es sollten alle die Kommunion unter beiden Gestalten empfangen oder die Stadt verlassen — das heisse seiner Ansicht nach den Staat zu Grunde richten um einer Frage willen, welche nicht durch tyrannische Willkür, sondern nur durch freie Gewissensentscheidung gelöst werden könne. Grinaeus,<sup>6</sup> eine neue wissenschaftliche Grösse, ein sehr gelehrter Mann, trage das Matthäusevangelium in griechischer Sprache, Oecolampadius<sup>7</sup> lateinisch, ein ihm unbekannter Diakon in deutscher Sprache vor, indem sie sich alle in eine Stunde teilten, so werde jetzt für religiöse Zwecke die Wissenschaft ausgebeutet. Die erhaltenen Briefe aus Polen wären aus dem Mai, ihr Herr hätte damals noch nicht gewusst, dass sie bei ihm wären, er wünsche den Namen des Boten zu erfahren. Den Walker hätte bis dahin weder er, noch Amerbach auffinden können.

<sup>1</sup> Über Anselmus Ephorinus vgl. Jahrbuch B. XV, S. 110 ff. Einige biographische Einzelheiten finden sich noch bei Kętrzyński, Catalogus codd. mss. bibl. Ossolinianae B. I, S. 390, cod. 180: Donatio pensionis

annuae 20 marcarum ex zuppis wielicensibus doctori Anselmo Ephorino ad tempora vitae. Dat. Lomzae, die 11 Octobris a. d. 1553. Ein Brief des Bischofs Zebrzydowski an ihn findet sich bei Wisłocki, Epistolae Andreae Zebrzydowski. S. 404. Nach Muczkowski, l. c. S. 180 war Ephorinus auch Propst von Koniusza, welche Pfründe auch der Dichter Clemens Janicki inne hatte. Vgl. schließlich noch Wierzbowski, l. c. II, 1171, 1444; III, 2457. <sup>2</sup> Vgl. oben S. 206, Anm. 9. <sup>3</sup> Aichler. <sup>4</sup> Vgl. oben S. 206, Anm. 9. Über den berühmten Rechtsgelehrten liegt jetzt eine grösere Schrift von Burckhardt-Biedermann (Bonifacius Amerbach und die Reformation. Basel 1894) vor. <sup>5</sup> Vgl. über ihn Opp. omn. III, col. 1514. <sup>6</sup> Simon Grynaeus, Professor der griechischen Sprache und Theologie an der Universität Basel, als deren Rektor er 1541 starb. Er war mit Erasmus auch an der Herausgabe von Klassikern thätig. <sup>7</sup> Johannes Oekolampadius (1482—1531), der bekannte Reformator von Basel, las seit dem J. 1523 an der Universität über alttestamentliche Propheten und paulinische Briefe.

## XVI.

Basel, 19. September 1531.

Breslauer Rhedigerana,  
Cod. 254, fol. 13.Stanislaus Aichler<sup>1</sup> an Erasmus.

Quod nuper cum praeceptore meo, vir doctissime, ad te nil scripsierim, partim verecundia, partim ingenii tenuitas fecerunt, illa monuit, haec dissuasit penitus. Verebar namque, ne verte-retur in vitium mea audacia, quem ego rudis adhuc Musarum cultor et primum vix gustum earum habens, qui quoque  $\tauὸν Αἰσωπὸν οὐδὲ πεπάτηχα$ , viro, quos sol vidit, doctissimo atque tot sedulis occupato lucubrationibus obstrepere neniiis hisce meis ausus fuerim, licet pudor facile adnuisset, ni ingenii defecissent nervi, qui stili gratiam admodum desiderant. Sed amor in te meus haec tandem omnia disiecit meque eo redegit, ut citra omnem pudorem ad tuam Praest. nunc scriberem. Proinde si haec mea temeraria audacia tuum doctissimum palatum offenderet, oro per Musas, ut amori in te meo adscribas, cui me in amorem et gratiam etiam atque etiam commendo. Vale Nestoreos in annos! Basileae, 19 Septembbris anno dni 1531.

T. P.

deditissimus

Stanislaus Aychlerus.

Adresse: Doctissimo viro D. Erasmo Rotherodamo.

<sup>1</sup> Der jugendliche Begleiter des Johannes Boner auf dessen Studien-reise. S. über ihn Erasmiana im Jahrbuch XV, S. 110 ff. (S.-A. S. 18 ff.).

## XVII.

Basel, 20. September 1531.

Leipziger Univ.-Bibl.

Johannes Boner an Erasmus.<sup>1</sup>

In vielen überschwenglichen Phrasen dankt er Erasmus... „qui dignatus es nos conversatione tua indignos nedum in convictores, sed in perpetuam amicitiam admittere, non solum epulis, sed doctissimis et quotidianis colloquiis satiasti“. Dafür würden sich auch bald seine Eltern erkenntlich zeigen, denen er des Erasmus Gesinnung und Gastfreundschaft in allen seinen Briefen gerühmt habe.

<sup>1</sup> Über Johannes Boner vgl. Jahrbuch XV, S. 109—116 (S.-A. S. 17—24).

## XVIII.

Basel, 26. September 1531.

Breslauer Rhedigerana.

Cod. 254, fol. 91.

Johann Boner an Erasmus.

S. Accepi litteras tuas doctissimas, vir clarissime, atque mihi unice gratissimas, quibus non dubitas mea esse factum negligentia, quod Stanislai litterae<sup>1</sup> absque meis tibi sunt perlatae. Hercle, mea non est factum negligentia, tum enim aberam, cum litteras accepisset nuntius, nisi tamen dein per famulum theologi,<sup>2</sup> qui nobis ex Polonia tam diu retentas Friburgi detulit, credo dudum te accepisse illas, nam ille adiverat 21 Septembris. Quod autem, vir doctissime, me adhortaris<sup>3</sup> tam candide, tam lepide, ut nil supra, bonis litteris incumbam diligenter, multa exempla adducens, atque etiam tua propria manu dignatus es scribere, quam affatim ad egregiam virtutem capessendam dii et parentes omnia suppeditarunt, ingenium docile, indolem felicissimam atque pecuniarum vim, quam non minus prodesse studiosis ac militantibus, faciam, hercle, faciam, ut animi bona, non fortunae mecum habeant imperium, nam video multos doctos a summa egestate ad magnas divitias pervenisse, qui ubique locorum prae aliis venerantur. Curabo, ut mea aetas atque parentum impendia non pereant. Interim vale atque me commendatum cum Anselmo meo habe. Basileae, 26 die Septembris 1531.

Tibi semper deditissimus per omnia

Iohannes Boner.

Adresse: Doctissimo Erasco Roterodamo, domino ac praceptoru suo dignissimo.

<sup>1</sup> Aichlers Brief vom 19. September vgl. oben S. 225, Nr. XVI.

<sup>2</sup> Vielleicht Ludwig Bär.      <sup>3</sup> Im Briefe vom 21. September d. J. (Opp. omn. III, col. 1419), auf welchen vorliegendes Schreiben die Antwort ist.

(Fortsetzung folgt.)

